



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst 3. Additio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst 3. Additio.

Regula est Episcopum non posse in totum eximere. Adde quod jura Episcopo competentia in quibuscumque Ecclesiis suæ diocesis sibi subiectis sunt decem & octo, enumerata per *Euguan. in c. congruente n. 11. Et seqq. de offic. ordin. nempe obedientia, subiectio in spiritualibus, reverentia, institutio & destitutio authoritabilis, correctio & reformatio, censura Ecclesiastica, jurisdictio in causis fori Ecclesiastici, poenitentia publica, collatio chrismatum & ordinum aliaque functiones pontificales, synodaticum seu cathedralicum, quarta decimarum, quarta mortuarionem, visitatio, procuratio, charitativum subsidium. Ex quibus aliqua sunt, quibus non renunciat Episcopus defectu potestatis, aliqua vero quibus generali remissione renunciare non censetur defectu voluntatis. Prioris generis sunt octo illa. Posita per *Abbat. in cap. cum venerabilis num. 2. de censuris*. Nempe correctio, visitatio, & procuratio, cathedralicum, reverentia, charitativum subsidium, institutio authoritabilis quoad curam populi, & demum ea, quæ sunt ordinum vicariæ perpetuæ, idque ex causa legitima, & accedente capituli consensu, præter tria, videlicet cathedralicum, reverentiam & charitativum subsidium. *Abbat. declarat ibidem*. Et in specie jus instituendi & destituendi exerceri posse ab aliquo inferiori Prælato tanquam Vicario perpetuo Episcopi, admittit *Rota decis. 181. num. 28. par. 12. recent.* Posterioris autem generis sunt reliqua jura Episcopalia non tantum temporalia, sed & spiritualia. *Per Abbat. in cap. cum inter. num. 17. de sent. Et re judic. Et Innocent. in cap. pastoralis de donat.* Quæ potest Episcopus concedere alteri Ecclesiæ consentiente capitulo & stante causa justa, quamvis non omni casu ea remittere censetur, si enim donat aliquam Ecclesiam Monasterio, videtur donare tantum temporales proventus, si quos in ea habebat, spirituales vero, quales sunt, qui proveniunt de oblationibus, vel de decimis, in dubio concedere non censetur, ut explicat *Innocent. in d. cap. pastoralis num. 2. Et 3.**

Signante r quaeritur, utrum stante dispositione Concilii Tridentini, quod personas & bona exempta etiam totali exemptione, variis in casibus subiecti jurisdictioni Episcoporum sive ordinariæ sive delegatæ, possint iidem Episcopi quandoque jus tantum remittere, & attribuis sibi per concilium facultatibus non uti, super quo aliàs consultata Sac. Congregatio respondit cum distinctione, quod autem Concilium utitur verbis præceptivis & obligatoriis, aut permissivis tantum, posteriori quidem

quidem casu posse ordinarios jus eorum remittere, priori verò nullatenus, & quamvis nulla sit decreta pœna Episcopo non urenti facultatibus suis, gravissimè tamen peccaturum, si omiserit. Ita refert *Fagnan in cap. si quis num. 40. vers. in fine de regularib.* Undè inferitur Episcopum Ecclesiis secularibus exemptis, etiam commendatæ fuerint, non posse remittere jus visitandi sibi datum ex Concilio Tridenticendum in casu *cap. 8. sess. 21. de reform.* Ubi Ecclesias regulares exemptas, si commendatæ fuerint, & in eis observantia regulatis non vigeat, Episcopi visitantur. Et idem tenentur verbis obligatoris. Ibi: *Annis singulis visitentur, curentque eadem Episcopi.* Et. diversum est in casu *cap. 8. sess. 25. de regularib.* ubi Monasteria exempta, quæ generalibus capitulis ordinum non substant, nec se unquam in congregationem secedis Apostolicæ delegatis subdantur. Et clarius *cap. 4. sess. 14. ubi Episcopi a pud Ecclesias suas residentes possunt corrigere personas seculares quomodo libet exemptas pro quibusvis delictis, etiam extra visitationem, utitur enim concilium veris permittivis in favorem Episcoporum, ibi: facultatem habeant. Et.*

Declarabis supradicta, ut quamvis Episcopus iura sua remittere possit alicui Ecclesiæ, eidemque privilegium liberationis concedere, tam à præstatione onerum temporalium, quàm spiritualium, id tamen intelligi debet quoad iura singulariter & separatim considerata, sed privilegium liberationis ab omnibus iuribus Episcopalibus concedere, atque in totum eximere à seipso nullus Episcopus potest, alioquin enim sicut unam Ecclesiam, ita & omnes eximere posset, quod est absurdum. *Abb. in cap. cum inter. numer. 13. de sent. Et rejud. & hac ratione solus Pape est exemptionem plenam concedere per text. in cap. si Papa de privileg. in 6. Abb. & DD. in cap. cum contingat. de foro compet. Rota decif. 227. numer. 4. par. 6. recent. & propterea non valuit illa concessio cuiusdam Atrēbatensis Episcopi, qua omnes Canonicos, Capellanos, Vicarios & Clericos Ecclesiæ suæ prorsus eximit à jurisdictione ordinaria, de quo casu latè scribit *Fagnan. in cap. veniens à numer. 9. Et seq. de transact.* quod multò magis dicendum de exemptione totali, quæ territorium separat, hanc enim solus Papa dare potest, ut habetur in *decif. 324. numer. 2. par. 1. recent. decif. 130. numer. 5. par. 8. rec.* adeò ut neque Episcopus cum capitulo, imò nec cum tota synodo Diocœsanâ constituere possit, quod aliquis inferior Prælati separatam diocœsin habeat. *Rota decif. 10. numer. 28. Et decif. 21. numer. 17. coram Zanate.**

Quo verò ad casus hic per Auctorem notatos, quibus Episcopus permittere potest tacite, ut exemptio alicui Ecclesiæ acquiritur, notabis primò, quod non valet confessio Episcopi, quâ ipse assereret aliquem locum esse exemptum, vel à diocœsi separatam, neque in hoc casu confessio æquiparatur rei iudicata. *Rota dec. 382. numer. 3. par. 2.*

Handwritten notes in the left margin, including the word 'EST' and other illegible scribbles.

...a. et decif. 127. num. 9. par. 8. decif. 115. num. 16. par. 14. nisi confessio haberet ali-
de fundamentum & administratum, vel à juris assistentia, vel ab aliis conjecturis & pro-
bationibus, ut not. *Abb. in cap. si diligenti num. 4. de prescript.* ideoque attenditur con-
fessio ordinarii, per quam fateatur monasterium quoddam auctoritate Apostolica
cessante. *Rot. decif. 279. num. 4. par. 11.*

Notabis 2. quod quantumvis præscriptione vel sententia acquirit possit exemp-
tionis & status nullius diœcesis, saltem quando adest res iudicata, vel præscriptio
inmemorabilis, id tamen non ita intelligendum est, quasi ex sola Episcopi acqui-
scentia possit vim habere talis sententia, non confitio aliunde de illius iustitia, ut be-
ne notavit *Felin. in cap. cum inter num. 4. vers. ad quod dicitur. de sent. & rejudic.* &
ne notavit *Felin. in cap. cum inter num. 4. vers. ad quod dicitur. de sent. & rejudic.* &
similiter præscriptio vires suas capere non potest à scientiâ duntaxat & patientiâ or-
dinarii, nisi concurrat alius legitimus concessisset, tunc enim nec in vita istius præ-
scriptio poterit currere & præscriptio, ad exemplum alienationis rerum ecclesiasticarum,
quæ non potest præscriptione validari, quousque vivit prælatus alienans. *cap. si sacer-*
dotis 16. quasi. 3. Innocent. in cap. Tum ex literis num. 1. & Abb. ibi. num. 10. de restitu. in
integ. præsumitur enim talis prælatus suam potius concessionem, quam ecclesiam
tueri voluisse, ut punctualiter dixit *Rota decif. 94. num. 13. par. 7. recent.*

Notabis tertio, quod neque per viam transactionis & concordie possit Episco-
pus aliquam ecclesiam suæ diœcesis à se suâque jurisdictione eximere, cum non sit
licitum prælato præjudicare suæ ecclesiæ transigendo. *extravag. Ambitiosa de reb.*
eccel. non alien. Rota decif. 255. num. 9. par. 17. recent. præcipue stante hodie Concilii
Tridentini decreto *cap. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25. de reformat.* quo capitula cathedra-
lium & aliarum majorum ecclesiarum subjiciuntur Episcopis, non obstantibus qui-
busvis consuetudinibus, sententiis, juramentis & concordis, præterquam si tales
concordiæ specificè & ex certâ scientiâ à sede Apostolica confirmatæ essent. *Fagnan.*
in cap. si quis num. 24. & seq. de confirm. nihil. vel. inutili. & sunt dictum in Rota decif. 71.
num. 1. & decif. 115. num. 16. par. 14. recent. & quanquam in dictis decretis concilii di-
catur concordias sine Apostolico Beneplacito valere in præjudicium transigentium
ibi: *quæ suos teneant auctores.* conformiter juri communi *in cap. Veniens. de trans-*
act. adhuc tamen ipsum Episcopum transigentem & concordantem super jurisdic-
tione suâ ordinariâ posse contravenire suæ transactioni nomine suæ ecclesiæ, eam-
que nullam declarari facere, fuit decifum *in Marsicen. jurisdictionis 18. Februarii 1647.*
coram Bichio quæ est decifio 24. par. 10. recent. prout in simili, quanvis valeat aliena-
tio rerum ecclesiæ quoad præjudicium prælati alienantis, non tamen quoad præju-
dicium ecclesiæ, adeo ut etiam ipsemet alienans nomine ecclesiæ possit alienationem
revocare. *Gles. in cap. contractum de restitu. in integ. in 6. Bald. in l. inbemus §. ve-*
rum. num. 5. C. de sacros. eccles. & plenè Rota decif. 32. num. 2. & 3. par. 6. recent. *et de-*
cif. 70.

K



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cf. 70. num. 22. par. 16. & concordia suos tenebunt auctores in his quæ separabiliter
 sunt à præjudicio ecclesiæ, ut præcisè dixit *Rota decis. 29. num. 13. §. 6. par. 6. rec.*
 Quæres, an beneplacitum Apostolicum seu confirmatio ex cursu tempore
 præsumatur? insinuat quidem Auctor *hoc loco num. 8.* Transacto cursu decem
 annorum, ut in hodiè difficultatem patitur ex Constitutione Urbani VIII. *in*
ord. 149. quæ sustulit ejusmodi: præsumptivam probationem beneplaciti in materi-
 ecclesiis præjudiciali, ut in puncto casus nostri dixit *Rota decis. 115. num. 17. §. 18. par.*
14. recent. nisi forte effluxisset tempus centum annorum, quem casum eadem Con-
 stitutio Urbani expressè præservavit. *Pacion. de locato. cap. 14. §. 11. num. 3. §. 1. eqq. Ro-*
ta decis. 328. num. 1. §. 3. par. 17. §. decis. 309. num. 6. §. 9. par. 15. recent.

DECISIO XVIII.

Castra esse intra fines alicujus dioecesis quomodo pro-
 betur. Juris assistentia præbet bonum jus. Episco-
 po ad effectum manutentionis, etiam non proba-
 ta alia possessione, immemorabilis ad effectum
 exemptionis quomodo probanda, & an conces-
 siones & assertiones Episcopi præjudicent Eccle-
 siæ & Successoribus.

R. P. D. ZARATE,

Inter impressas:
 Zarate decis. 10. Beneventana Jurisdictionis.

Lunæ 13. Maji 1652.

SUMMARIUM.

1. Enunciatus plures diversis tempori-
 bus & scripturis emanata vim famæ
 habent & concludenter probant.
2. Maxime si sint antiquissima & variis
 fulcianur adminiculis.
3. Propria Confessiones superant quascun-
 que